

CATHOLICAE

AC ORTHODOXAE RELIGIONIS

aduersus Lutheranam hæresim Matthiæ Aquen
sis miscellanea assertio.

Nunc primum in lucem edita.

2. Ad Timotheum 3.

*Mali autem homines & seductores proficient in peius,
errantes & in errorem mittentes.*



*COLONIAE, ex officina Melchioris
Nouestiani, Anno ab orbe redempto M.
D. XLII, Mense Maio.*

MATTHIAS AQVENSIS PIO

Lectori.



VPERIORIBVS ANNIS CVM
essem in quodlibeticis, vt vocāt, que
stionibus pro vetere academiæ nos
stræ cōsuetudine declamaturus, nul
lum aliud dicendum argumentū ras
tus sum huic, q̄ nimis diu iactamur,
tempestatī accōmodatius, nostrāq;
professiōe dignius, quā si impia pe
stilētaq; Lutheri dogmata, passim vulgo decātata, falsa ac
plane hæretica Canoniarum scripturarum euidentibus te
stimonijis cōuinceremus, sanisq; iudicijs pbaremus. Quod
tametsi à plerisq; doctissimis grauissimisq; viris iam olim
etiam certatim laboratum sit, à nemine tamen mea senten
tia, expressius exhibitum, & efficacius demonstratum est,
quā in ipsius hæresiarchæ Lutheri, & eius factionis studi
osorum prophana vita & moribus perditissimis: quibus non
parum fidei suis placitis derogant, atq; multorum caligans
tibus animis, quos hactenus misere seduxerūt, visum rede
didere. Quem enim non pertædeat impiissimę illius doctri
næ, in qua sub prætextu Euangelicæ libertatis, quicquid li
beat etiam licere commentum est? Quamuis igitur initio,
dum hæc Camarina moueri cœpta est, incautis & impedio
credulis, quod ad ordinis Ecclesiastici reformationem emē
dationemq; spectare videbatur, specie recti imponi potues
rit, attamen simulatq; eo profectus mali increuit, vt palam
Andabatarum in morē, clausis oculis sine discrimine quas
libet Ecclesiæ Catholicæ sanctiones oppugnent, ac paulas
tim, quasi iam gradu factō, ab ijs, quos scholasticos nomi
nant, doctoribus ad Ecclesiasticos, ab Ecclesiasticis ad san
ctoꝝ patrum concilia, à concilijs ad sacramenta, à sacramen
tis ad diuos, à diuis ad diuorum omnium glorificatorē De

A ij um

OCATHOLICÆ AC OR

thodoxę religionis aduersus Lutheranam heresim
Matthiæ Aquensis miscellanea assertio.



VANQVAM VIRI PER
celebres adolescentesq; ingenui non
sim nescius qd ipse de me sentire de
beam, intelligamq; ac videam euidē
ter, quid ipsi mihi tribuatis, vt quem
cum res ad triarios redisset, tum de
sum volebatis dicturum. Neutiquā
tamen tantas mihi vendico ingenij
dotes, tātam rerum peritiam, eamq; dicendi facultatem, vt
vel ex minima ex parte respōdeam tam humano vestro de
syderio, tamq; auidę, atq; benignę expectationi. Quę profe
cto res (vt quod verum est ingenue fatear) vsq; adeo à publi
co me semper absterruit dicendi genere, vt nequaquam il
lud hæctenus obiuerim vnquam, nisi vbi aut ratione iniun
cti officij turpissimum fuisset reluctari, aut nullius alio
qui daretur tergiuersandi, aut citra decorum detrectandi
locus. Quod in præsentiarum quoq; non minus, quàm vn
quam antea vsuuenire testatissimum est. Quādo nimirum
tam arcto mihi necessitudinis vinculo astrictus sit huius
quodlibeticę (vt vocant) disputationis dignissimus præses
(nempe ex germano fratre charissimo nepos) vt nisi tā hos
nefte ipsius ac decenti petitioni obsecundarem, non abs re
videret, iudicarerq; merito plane ἀσopγ, atq; à communi
illo naturę sensu, quo vel barbarissimi quiq; hominū, imo
immanissimæ mouentur erga se bestię, exors & alienus.
Quocirca in vniuersum omnes vos exoratos velim, vt dum
aduersus fidei hostes veram vobis religionem asseram, bes
nignas aures præbeatis. Sitisq; præterea nō tam verborum
auscultatores, quàm sensuum, non tam troporum aut sche
matum

MATTHIAE AQVENSIS

phemias, qui ab ea defectionem parant: vt non solum vere antur iugem illam Dei precationem, ad quam veluti sacrā anchoram, semper confugerunt vtriusq; testamenti sanctissimi patres, quā & Christus verbo & exemplo docuit, blasphemiam asserere, atq; quod vere blasphemia est, & in spiritum sanctum irremissibile peccatum, desperationem inquam, ad sempiternam salutem necessariam putare, verū etiam omnia alia quantumlibet pia & bona opera, quibus etiam vere & recte colitur Deus, floccifacere, foeda quoq; immunda, & instar panni menstruatæ sordidissima, prædicare atq; omnem proinde virtutem, fidem, pietatem & religionem, improbare, eliminare, & prorsus e vita tollere. Eaq; præterea docere & palam astruere, quæ videntur nō solum reipublicæ optime institutæ statum, tumultibus, seditionibusq; obturbare, verum etiam, quæ æque videntur ex Deo optimo maximo, plus quàm dirissimum quemlibet, improbissimumq; & scelerosissimum facere. Dixi.

F I N I S.

E R R A T A.

A. 2. fa. 1. linea 5. dicendum, lege dicendi. B. 2. fa. 1. lin. 22. inquit, lege inquit. C. 1. fa. 2. lin. 2. iusta, lege iuxta. D. 4. fa. 1. lin. 16. Nec, lege ne. F. 2. fa. 1. lin. 3. replicant, lege reputant. & fa. 2. lin. 25. Et quo non, lege quānam. G. 1. fa. 2. li. 11. mouet, lege mouent. G. 3. fa. 2. li. 26. moueat, lege moneat. H. 1. fa. 2. li. 12. iudiciū, lege iudicium. I. 4. fa. 2. lin. 16. contempteris, lege contempleris. K. 2. fa. 2. li. 13. domini, lege domini. K. 3. fa. 1. lin. 15. eximiorum, lege eximiarum. L. 2. fa. 1. lin. 14. superfluit, perniciosum &.